



VENTURAS
CONCIOLUS ME-
DICUS PHYSICUS
URBINAS CANDIDO
LECTORI.

S. P. D.

ENtibi, candidissime Le-
ctor, Baldi Angeli Abba-
tii doctissimum & utilif-
simum de Viperæ natu-
ra libellum, cujus tanto desiderio fla-
grant mortales, ut si hunc unum ha-
beant, nulli ferè morborum generi
amplius se subjectos esse sperent.
Nec injuria; quòd ex eo Auctoris
nostri non solum ingenii celeres
quosdam motus ad excogitandum
acutos, & ad explicandum uberes, sed
etiam in totum genus humanum exi-
mium animum, & voluntatem ad be-
nè merendum mirabiliter propen-

sanctissime cognosces. Quoniam ad hoc opus sanè quam spissum & laboriosum non Græcorum & Latinorum modò libros omnes evoluit, & aliquorum ineptias, quæ sunt innumerabiles, argutissime disputando pepulit, verùm etiam rem tantam usu ipso quæsiuit, quæsitam invenit, inventam cognovit, cognitam patefecit. Quantum igitur laborum tulerit, quantum pro communibus commodis sudaverit; quantum sumptum fecerit; tuum sit iudicium, optime Lector: præsertim cum, quo anni tempore capienda sit Vipera, quibus in corporis partibus secanda, quæ vis ejus, quæ medicamenta parentur, apertissime & planissime explicet; & quò majus beneficium suum faceret, æneas tabulas pingendas curaverit, in quibus, tanquam in speculo, rem totam intuerentur homines. O te beatum, qui in manus tuas aureum hunc libellum sumpseris, ac multo beatior rem, si salutaria ejusdem præcepta diligenter tenueris, hinc agnosces profecto

fectò Baldi Angeli scientiam, cū
bonitate conjunctam: nam si sola ef-
set, non scientia, sed malitia diceretur
potius; scientiam (inquam) quia, cum
multi alii homines hoc tentaverint,
& ingenio suo diffisi inchoatum reli-
querint; ipse tamen absolvit idem, &
eo, quò intenderat, postremo dedu-
xit. Bonitatem verò dixi; quoniam
tunc vir bonus maximè probatur, cū
facit, ut bonitatis suæ celeri homines
sint participes. Interim gaudeat Igu-
vium, & omnibus incedat lætiis,
quod talem & tantum filium in lucem
ediderit; & FRANCISCUS MARIA,
Serenissimus Princeps omnique lau-
de cumulatissimus, cui est jure opti-
mo Medicus Baldus Angelus, læte-
tur, se habere illum Philosophum
Medicum nobilissimum, optimum,
fidelissimum, & adde si quid vis aliud.
Cæterum tu expectato brevi, dum a-
liud περὶ τῶν ἱεριακῶν opus in aper-
tum proferat; hoc autem hilari fron-
te accipias velim. Vale.